

modò laudatur ab his, modò culpatur ab illis. Medicamentum laude est dignum, non tamen omnibus convenire naturis, nec omnes mirabiles ipsi assignatos effectus præstare, experientiâ & famâ innotuit hætenùs.

*Tinctura*  $\odot$ ris, *clyffus*  $\text{¶}$ ii, insigniores participat doctes sanguinem mundificandi, atomosque  $\Delta$ reas coercendi & præcipitandi.

Convenit horum omnium administratio præcipuè, cum morbus adhuc hæret in statu, ad declinationem tamen magis proclivis est. Promoveant crisin & diuresin, dum vitiosos à bonis segregant & præcipitant humoribus, ad exitum stimulant facilioremque illum reddunt.

In ipso statu propinantur & miris exaltantur encomiis *liquor*  $\odot$ latus *Mynsiehti*, *Nectar*  $\odot$ li, & *Liquor*  $\odot$ tratus, quæ omnia æstuanti cordi & febrilibus anxietatibus opem ferunt laudabilem.

### CAPUT LIII

aquam frigidam, decoctum hordei & serum, tanquam alterantia, scrutatur.

**I**ncendium cum oboritur, quilibet summò laborat studiò eò, ut aquam agminatim adportet, quâ extinguatur. Causò laborans idem expectat, grandeque semper illius desiderium, ut **AQUAM** bibat **FRIGIDAM**, pro ardore intensissimo minuendo & æstu deprimendo. Auxilium sanè non contemnendum, quòd *Galenus* summâ commendavit operâ *4. de nat. vict. acut. t. 12.* quò ægrè ferre videtur, quòd *Hippocrates* ejus non meminerit, cum subjungit,  $\text{¶}$   $\Psi$ υχρὴ πίνων ἰαμα τῶν καύσεων τὸ κρυώτατον, *frigida potum præcipuum presidium esse ardentium*, quò ardentes perpetuò curavimus, nullò ex his moriente, quibus frigidam propinavimus in tempore opportuno. Quibus innuit,  
non